



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 147. Ortaores a Concilio missi ad Ladislaum Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. men contentio tractu temporis compla-  
 A. C. 1409. nata fuit.

## §. CXLVII.

*Oratores a Concilio missi ad Ladis-  
 laum Regem.*

*Pogg. hist.  
 Flor. p. 184.*

Cum Ladislaus, qui se Regem Siciliæ nominabat, Senensem urbem Florentinorum imperio subditam armis suis acriter premeret, indeque non modicum Concilii Patribus metum incuteret, hi quosdam Cardinales & Prælatos ad eum ablegare decernunt, qui ejus animum delinire, utque deinceps nullos in hac Provincia tumultus excitaret, ei persuadere molirentur. Ladislaus quidem Legatos benigne excipit, nec tamen illos voti damnat, unice intentus, ut refricata pristinarum simultatum memoria Senenses inter & Florentinos nova seminaret diffidia. Querebatur itidem, a Florentinis urbem Pisanam pro congreganda Synodo Cardinalibus permissam fuisse, & quidem ex odio in Gregorium XII, qui tamen legitimus Pontifex esset; cui rei ut obviam iret, urbisque tranquillitatem turbaret, se cum exercitu suo Senas venisse. At Ladislaus illic spe sua frustratus, hostili jam irruptione Florentinam infestans dittonem, Aretinam civitatem obsidione cingere

gere parat, verum a Florentinis non sine ignominia depulsus est.

Sæcul. XV.  
A.C. 1409.

§. CXVIII.

*Sessio VIII, subtractio obedientiae decreta.*

Feria sexta die decima Maji habita est Sessio ordine octava. Peracto per Massiliensem Episcopum sacro solemnique Promotor a Concilio declarari postulat, unionem utriusque Collegii legitimam æque ac necessariam fuisse, Concilium a Cardinalibus ita conjunctis jure congregari potuisse, atque ad illud, utpote quod universalem Ecclesiam repræsentaret, totius causæ cognitionem devolvi, idque quantum ad hoc negotium, nullum Superiorem nec alium præter semetipsum in terris Judicem revereri. His Saresburiensis, & Ebroicensis Episcopi opponebant, utriusque Collegii unionem fieri non posse, quamdiu Cardinales Benedicto adhærerent, eorumque plures in ejus fide perseverarent, ceteris Gregorium pro vero Pontifice venerantibus, ideoque obedientiæ subtractionem generatim esse discernendam. Nihilominus Patres Promotoris petito acquiescentes unionem utriusque Collegii legitimam, & Concilium canonice congregatum esse pronuntiant.